



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

CAROLI MAGNI & Domus Cæsareæ decora-  
ri ac ARNVLPHI Imperatoris Filiam BERTHAM  
feminam æquè piam in Vxorem accipere, ex eâque BAL-  
DRICIVM Successorem & SIGFRIDVM virtutum  
suarū ex aſſe heredes, relinquere. LVTHARDVS verò Ab-  
batiā Eſſendienſi Illuſtrium Virginum cum ALFRIDO  
IV. Hildesheimensi Episcopo anno 887. & Mona-  
ſterio in Salenstatt A. D. 877. fundatis, poſt  
44. annorum Imperium A. C. 881. in fata con-  
cœlit, à morte albo Sanctorum adscriptus; CAPUT  
eius Ecclesia B. Virginis ab ipſo erēcta, debitâ  
veneratione affervat; ut testatur in Martyrolo-  
gio ſuo Ioannes Molanus, docens in XV. Se-  
ptembris festivam eius lucem incidere. Vitâ eius  
Lovanij Rhythmico, & à Ioanne Melas Cli-  
vensi, metro eleganti typis exſcripta eſt.

## XV.

PUBLICUS cultus S. LUDMILLÆ Martyris, & Du-  
ciffe Bohemiæ, Auiae S. WENZESLAI Mar-  
tyris, & Educatricis piffimæ. Hæc Pragæ artibus  
& iuſſu nurū Drachomiræ, Martyrio fortissime  
cœcidit. Scilicet ut & claudi ad illius Mausoleum  
reſurgerent. XV.

Triumphat hoc die B. LO THARIUS LV-  
DOVICI

DOVICI PI<sup>I</sup> Filius & eiusdem è purgatorijs flammis  
**XXXIV.** anno ab obitu Patris, Redemptor; ac ex  
 IMPERATORE Romano modestissimus in Prumiensi  
 MONASTERIO MONACHVS; cui potius nihil  
 erat, quam Vitam universam in DEI unius obsequie  
 ponere. Ex Mart. SS.

## XIX.

**A**DOLPHVS primus Cliviæ Dux totius pro-  
 pè Europæ sensu Prudens Victoriosusque ha-  
 bitus, A. C. 1373. Clavis ADOLPHO MARCA-  
 NO & MARGARITA MONTANA Parentibus na-  
 tus; horum præcipuâ curâ ad omnem Virtutum Mo-  
 rumque elegantiam educatus anno 1399. ROBERT<sup>V</sup>  
 Comitis Palatini Bavariæq; Electoris Filiam AGNE-  
 TEM brevi defunctam; & haud longo inter-  
 vallo IOANNIS INTREPIDI, Ducis Burgundiæ Filiam  
 MARIAM duxit, plurimarum virtutum divitiarum  
 que Ducem, quæ winendalium illi Dominium & tres  
 Filios IOANNEM, ADOLPHVM, ENGELBERTVM, tri-  
 ennio non integro Principes tulit, Filiasque plures.  
 Sed ut nulla nobis Cælum bona vendit, nisi ad pon-  
 dus alicuius adversitatis, proprio Avunculo Duce  
 Montano WILHELMO ob dotem MARGARITÆ  
 Matri, contra pacta connubialia, etiam iurata  
 negatam

